



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Morib. Ignatii Loiolæ, Qvi Societatem Iesv
Fvndavit, Libri III**

Maffei, Giovanni Pietro

Dvaci, 1585

Claudio Aqvavivae, Præposito Generali Societatis Iesv Ioannes Petrus
Maffeius S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44004



CLAVDIO AQVAVIVAE,
PRÆPOSITO GENERALI
SOCIETATIS IESV

Ioannes Petrus Maffeius S. D.

*V*AE parens & conditor no-
stra Societatis Ignatius, aucto-
re ac duce Deo gesit in terris;
ea profecto digna sunt, in qui-
bus commendandis immortalis-
tati, scriptorum omnium certet industria. Id scilicet
fuit causæ, cum in eo munere alij non sine pietati
& ingenylaude versati sint, cur ego quoque, de-
latam olim ad me à Patre nostro Euerardo nonnullam
huiusc provinciae partem, neq. ita granate re-
cepimus; & receptam, si minus cum apparatu & co-
pia, certe cum fide curaque, Deo adiuuante confe-
rim. Nec sane dubium, quin, qui talem mihi la-
borem

A ij borem

borem iniunxerat, huic potissimum laboris eius &
operae fructus ac prima libamina deberetur. Nunc,
quando, priusquam in vulnus exirent lucubratio-
nes meæ, ad beatos ipsius Ignatij complexus, uti spe-
ramus, ille deceſſit; ei nempe qui in utriusq. Præ-
positi locum & caras nutu diuino succeſſit, optimo
iure dicandæ fuerunt. Actibi quidem, Pater hu-
manissime & optime, in præclarum illud exemplar
dies noctesque intuenti, minime dubito quin opus
hoc qualecunque, gratum acceptumq. futurum sit.
Ceteris ut perinde iucundum ac fructuosum acci-
dat; nimirum, ab I E S V, tuis incensis officio &
caritate precibus & sacrificiis impetrabis. Vale.
Rome. Kal. Ianuarii, M. D. LXXXV.

DE IGNA-